SAMMELHANDSCHRIFT MIT ORDENSSCHRIFTEN DER AUGUSTINER CHORHERREN
Dürnstein, 3. Viertel 15. Jh. und 1507 Seite 33r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=5639
Copyright: Herzogenburg, Augustiner-Chorherrenstift







De quibus debeat fieri culpa capitularis accusacio vel proclamacio 28 capitulum

Nunc enim dictum est qualiter perfectores sponte de negligencijs suis se iudicandos proponat de quibus causis fiat capitularis accusacio ymo salutaris admonicio consequens ad hoc videtur. Quisquis ergo mox ut signum datum fuerit ad regulam ad ecclesiam ordinate et composite et cum silencio non venerit in choro aut diuino officio non intendens vagis oculis et moto minus religioso et minus competenti leuitate mentis ostenderit designatum sibi cantandi vel legendi officium non accuratissime compleuerit responsorium aut antiphonam ad matutinas seu aras incepturus chorum turbauerit qui lectorem in constituto tempore siue bene siue male legat non preuiderit chorum male cantando vel legendo offendens veniam non quesierit vel quicquam aliud legere vel cantare presumpserit quam quod omnis sensus probat. Si in choro riserit vel alios ridere fecerit vel ibidem sine necessitate locutus fuerit si in conuentum venire distulerit et ibidem aliquid tumultus et inquietudinis fecerit vel ex claustro sine licencia egressus fuerit cum licencia ex constitutum sibi placitum moras fecerit alicui extraneo sine licencia locutus fuerit ad mensam cum ceteris